

Temps à disposition : deux heures

Matériel autorisé : *Le Gaffiot, dictionnaire latin-français de Poche*

### Modèles de beauté

*Pour embellir leur temple de Junon, les habitants de Crotone, ville du sud de l'Italie, ont fait appel au célèbre peintre Zeuxis. Malgré son talent, l'artiste exige des modèles...*

Crotoniatae quondam<sup>1</sup>, cum florerent<sup>2</sup> omnibus copiis, templum Junonis, quod religiosissime colebant, egregiis picturis locupletare<sup>3</sup> voluerunt. Itaque Zeuxim, qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio conductum<sup>4</sup> adhibuerunt<sup>5</sup>.

Is et ceteras complures tabulas<sup>6</sup> pinxit<sup>7</sup>, quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam 5propter fanī religionem remansit, et, ut excellentem muliebris formae pulchritudinem muta<sup>8</sup> in se imago contineret, Helenae pingere simulacrum velle dixit.

Quod Crotoniatae, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum aliis praestare<sup>9</sup> saepe accepissent<sup>10</sup>, libenter audierunt. Putaverunt enim, si, quo in genere plurimum posset, in eo magno opere<sup>11</sup> elaborasset<sup>12</sup>, egregium sibi opus illo in fano relicturum.

10Neque tum eos illa opinio fefellit. Nam Zeuxis ilico quaesivit ab eis quasnam virgines formosas haberent. Illi autem statim hominem deduxerunt in palaestram<sup>13</sup> atque ei pueros ostenderunt multos, magna praeditos<sup>14</sup> dignitate<sup>15</sup>. Cum puerorum igitur formas et corpora magno hic opere miraretur:

« Horum, inquiunt illi, sorores sunt apud nos. Quare qua sint illae dignitate, potes ex his 15suspicari<sup>16</sup>. » « Praebete igitur mihi, quaeso<sup>17</sup>, inquit, ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. »

<sup>1</sup> quondam : jadis, un jour

<sup>2</sup> floreo, es, ere, ui : regorger de, avoir en abondance (+abl.)

<sup>3</sup> locupletare, rég. : enrichir

<sup>4</sup> conducere : engager (par un contrat)

<sup>5</sup> adhibere : faire venir, utiliser les services de

<sup>6</sup> tabula, ae, f. : tableau

<sup>7</sup> pingo, is, ere, pinxi, pictum : peindre, représenter

10<sup>8</sup> mutus, a, um : muet

<sup>9</sup> praesto, as, are, stiti, statum : se distinguer, l'emporter sur (+dat.)

<sup>10</sup> accipere : entendre dire

<sup>11</sup> magno opere = magnopere : de son mieux, avec un grand sérieux, attentivement (également à la ligne 13)

<sup>12</sup> elaborare : travailler avec soin, s'appliquer

15<sup>13</sup> palaestra, ae, f. : la palestine (lieu où l'on pratique la lutte)

<sup>14</sup> praeditus, a, um : doté de, pourvu de

<sup>15</sup> dignitas, tis, f. : (ici :) la beauté

<sup>16</sup> suspicari, rég. : imaginer, se faire une idée de

<sup>17</sup> quaeso : je vous en prie

Tum Crotoniatae publico de consilio virgines unum in locum conduxerunt et pictori quam vellet eligendi potestatem dederunt. Ille autem quinque delegit. Neque enim putavit omnia, quae quaereret<sup>18</sup> ad venustatem<sup>19</sup>, uno se in corpore reperire posse.

Cicéron, *De inventione* II, 1-3 (extraits)

---

<sup>18</sup> quaereret : ne pas tenir compte du subjonctif et traduire comme si on avait *quaerebat*

<sup>19</sup> venustas, tis, f. : beauté, grâce